Mag(nifi)cus D. Antonius savorg(nanus) exponens quod carnes taurinorum, et maurinorum quae mactantur in terra Utini inducunt febres et alias Infirmitates et licet in Incantibus tales carnes vendi non debeat tamen venduntur contra formam Incantuum ipsius Dacij propterea proposuit. Quod nullo modo in terra Utini vendi possint tales carnes taurinorum et maurinorum, sub pena per statuta et per formam Incantus dicti macelli declaratum fuit.

Quod non vendantur carnes taurinorum et maurinorum

In cons(ili)o Reg(ulat)o sub anno d(omi)ni .1505. Ind(ictione) .8. die .29. sept(embris)

M(agiste)r Vincentius marangonus lamentabiliter exposuit quod cum superioribus diebus haberet in eius domo Infirmum graviter egrotantem et non constitaretur

Quod medici provisionati teneantur mederi infirmis absque quod eius fuerint cura, et teneantur collegiare.

et visitationem unius ex tribus phisicis salariatis huius Mag.ce Co(mmun)itatis qui ipsum egrotum habebat in cura, et requisivisset unum ex dictis duobus aliis phisicis ut vellet accedere ad curam dicti eius infirmi, dictus secundus medicus licet requisitus noluit accedere dicens quod nolebat mederi infirmis quos dictus primus phisicus visitabat, et propterea fecit instantiam quod in hoc sp.li Cons.o super inde provideatur. Qua expositione et instantia intellecta per maiorem partem dicti Rengi determinatum fuit quod omnes tres phisici salariati huius communitatis quociensc(um)que requisiti fuerint ab infirmis huius civitatis ad eorum curam et visitationem sive per alias personas eorum nomine, dicti phisici teneantur ire sub pena privationis eorum salarii ad visitationem et cura(m) huiusmodi infirmorum et facere collegia super eorum egritudinibus. Et Commissum fuit sp. d(omi)nis Deputatis quod auctoritate huius Consilii accitis ad se dictis D. medicis debeant eis facere convenientes admonitiones, et illis intimare supradictam deliberationem.

Quod molendinarii molant pro soldis quatuor starium fru(men)ti et silliginem pro soldis tribus.

In eodem cons.o M. Iacobus hermam proposuit, quod superiore anno in hoc sp. cons.o Rengi Determinatum fuit: quod molendinarii huius civitatis teneantur molere frumentum pro moldura sol. quatuor pro singulo stario fru(men)ti et silliginem pro moldura sol. trium pro singulo stario, ita tamen quod esset in arbitrio facientis molere velle dare sol. quatuor pro stario fru(men)ti et sol. tres pro stario silliginis ut vellet dare molduram consuetam fru(men)ti vel silliginis, quae pars ad ipsius Iacobi instantiam per m. Io. fran.co filium cancellarii in dicto Rengo lecta fuit alta et intelligibili voce ad omnium notitiam et intelligentiam, sed ut dicti molendinarii nullam habeant causam gravationis, quod tempore quo fru(men)tum et silligo venduntur magno precio teneantur molere pro pecuniis et tempore quo ipsa blada sunt et venduntur vili et parvo precio cogantur molere pro moldura fru(men)ti et silliginis iuxta antiquam consuetudinem. Posuit partem quod dicti molendinarii teneantur et debeant semper continuis temporibus molere fru(men)tum ut supra pro sol. quatuor pro singulo stario et silliginem pro sol. tribus pro stario, sive dictum fru(men)tum et silligo vendatur magno precio sive parvo

Que pars p maiorem partē dicti congi capta laudata et approbata fuit a qua no.les s. Joannonus d. Sauorg.no et s. Dionisius d. Colloreto procur. interesti ac s. Joannes d. Ramaro tanq. prior hospitalis batutor. s. Marie misericordie appellarū ad M.cum D. Locūt.m, Que fuit eis admissa.

Appell.

In conuocatione sub die 20 Nouembris 1505 Ind. 8.

Comparuerūt no.les et egregij viri s. Joannonus d. Sauorg.no s. Petrus d. Curbellis et s. Ptheus Mastinus notarius Jurati comunis Utini vbi dictus s. Ptheus dixit q. ipsi tanq. Jurati cois exercentes eor. offitium Inuenerūt q. vendentes sal in Utino cuidam pauperi d. tribus sol. fraudauerūt ipm pauperem in pondere d. vno soldo, et sic fecerūt restitui vnū soldū eidem pauperi, s. ipsi vendentes sal dixissent nō esse subiectos offitio Juratorū, ppterea ipsi Jurati peciuerūt declarari si debent exercere offitiu contra vendentes sal. Quibus auditis mag.s Dns Locumtenens inductis Juratis, q. si punitio et condemnatio dictor. salinarior. spectar eor. offitio debeant exercere ipm offitiu contra vendētes sal, et quatenus talis punitio et condemnatio spectaret ipi mag.co D. Locūt. ex nūc prout ex tūc tales fraudantes pondera aut mensuras salis puniro debeant et condemnare auctoritate ipius mag.ci D. Locumt., sicut spectaret offitio ipor. Juratorum.

Q. Jurati possint exercere offitium suum contra vendentes sal.

Insup pfati dm Jurati Dixerūt q. pluries mandarūt mulierculis reuendentibus, q. an horā tertiarū non deberent quicquā emere pro reuendendo, et quoq. p publicas proclamationes mandari fecerunt eisdem sub penis pecuniarijs, quo tn noluerūt obedire dicentes ignorare horā tertiar., pp quod sepius orta fuit contentio inter ipos Juratos et psonas reuendentes res emptas ante horā tertiar.; Et ppterea pecierunt prouideri, ita et taliter q. in futurū nemo habeat cāuam Ignorantie dicte hore, nec possit se excusare. Quibus auditis Mag.s D. Am.s d. Sauorgnano posuit partem, q. constituatur salariū duor. ducator. in anno duobus monacis siue campanarijs ecclie Maioris s. vnius ducati pro quolibet ipor. duor., ut singlis diebus pulsare debeant campanam magnā ecclie Maioris hora quo

Q. hora tertiar. sit pono ... maiori ecclia ... offitia ... ne possint ... vendentes emere ante dictā horā

conueniens videbitur tertiarum sp. Dnis Deputatis terre vtini.
Que pars per ipsam sp. conuocationem nemine discrepante capta
laudata et approbata fuit.

hora tertiarum — Die veneris vigesimo primo mensis Nouembris sp. Dni Deputati terre vtini vigore auctoritatis eorum offitio attributo prout in supra scripta parte continetur statuerunt horam tertiarum esse et pulsari debere completa missa magna in maiori ecclesia et completis omnibus offitijs que solent fieri et cellebrari post missam maiorem in dicta ecclesia, et sic pulsari debere cum magna Campana dicte ecclesie.

In conuocatione sub die penultimo Marcij
.1506. Ind. 9.

de etate iustificanda in offitijs Camere pignorum et iuratorum et non possint surrogare alium. — Fuit Deliberatum quod nemo acceptetur ad offitium camere pignorum neque ad offitium Juratorum nisi prius penes Cancellarios comunis iustificet eorum tempus et etatem, et nemo possit alium surogare sine licentia sp. dominorum Deputatorum terre vtini, in suo offitio

In conuocatione sub die penultimo mensis Augusti 1506.
Ind. 9.

pena recusantibus offitia inflicta — Diffinitum fuit et Deliberatum, quod ciues elligendi ad aliquod offitium ut exercitium acceptare debeant sub pena ducatorum decem applicanda hospitali S. Marie Magne de vtino.

In Consilio Denarum sub die 29. septembris
.1506. Ind. 9.

De mercenarijs ad artificium lane, item dimidium mercedis in denarijs et media in rebus — Nobilis vir Andreas de Monticulis proposuit prouidendum esse super ordine artis lane, et in solutionibus Mercedum pauperum super qua propositione Mag. D. Antonius Sauorgnanus posuit partem: quod facientes laborare de arte lane teneantur facere solutiones laborantibus saltem dimidiam partem eorum mercedis cum pecunijs, et aliam dimidiam partem in rebus, precijs quibus venderentur ad denarios, et siquis contrafecerit cadat ad penam vigintiquinque librarum sol. tociens quotiens fuerit contrafactum, et si fuerit accusator

q. habeat partem condemnationis. Et talis lanaroius sive mercator teneatur dare ad laborandum ipsi accusatori et preferre ipsum omnibus alijs laboratoribus sub dicta pena.
Que pars per ipsum sp. consilium capta fuit in omnibus et per omnia

In dicto Arengo

Mag.^s D. Antonius savorgnanus cognita malitia et nequitia pistorum et furnatorum terre Utini, ut provideatur, q. terra Utini habeat bonum panem produxit in scriptis partem infrascriptam videlicet

Como se vede in tutti li logi de questa patria et in ogni altra bona terra alo [illegible] se vende pan de fior, lo qual e belissimo et cotto solamente in questa terra se vende, da qualche tempo in qua, pan mal cotto et mal sasonato, et qi alesso, piu presto non cotto, et negro de tutta farina, con vergogna grandissima de questa terra, et dano de li poveri che comprano. Et siando necessario provuedere, el se mette parte, che tutti quelli che le cottero vendacano pan, o acorano far et vender de fior et ben cotto, al peso che de tempo in tempo sara posto lo sazo, sotto pena contegnuda in li statuti et ordination de la terra d'udene. Item che nissun fornaro ne altri vendenti pan possa ne debia per alcun modo dar ne donar cosa alcuna de sopramercha ad hosti taverinari o altra persona, che comprara de lor pan, ne ancho haver patto ne intelligentia cum alcuno de ditti hosti et taverneri che debiano da lor piu che da altri comprar pan, et questo sotto vinculo de zuramento de essi fornari. Et quelli contrafarano si fornari como compradori per cadauna volta incorano ala pena de L. XXV. et perder el pan, la qual pena vada al vicecap.^o et zuradi irremissibilmente da esser tolta.
Item chi se faza suso la piaza appresso la pesa de farina a spese de la comunitade una panataria et sia in libertade de cui voluegnia dai deputadi de la terra et farse consignar una botegetta in la qual possa vender pan. Item che nissuna persona che venda vin et tien taverna non possano far pan in casa, ma debono comprar pan ala schaffa o vero dai pistori.
Que pars per maiorem partem ipsius consilij capta fuit et approbata.
Insuper ad propositionem sp. doc. d. Fran.^ci de tulmetio et no.^lis v. Asquini de Sbroglionacca per maiorem partem ipsius consilij capta fuit et

[Marginal note:] [illegible] scorsi [illegible] pani de fior et ben cottu, et taberinarii [illegible] pane ad [illegible]

[Marginal note:] pistores [illegible] statu[illegible] in panataria forum [illegible] et cum hosp[illegible]

Q. pistrinenses possint tenere tabernam.

deliberatu addendo parti suprascripte Q. simili facientes panem ad uendendu non possint tenere tabernam. Item q. omnes furnatores facientes pane venale teneantur et debeant tenere eorum statim panatariu bn fulcitu bono pane ut supra, Sub pena priuationis faciendi panem ad venden. Et q. oes tabernarij et hospites teneantur emere de pane in pannatarijs et no alibi sub pena librarum xxv. sol. et priuationis faciendi panem.

In conuocatione sub die. 26. Marcij 1507.
Ind. Xma.

Quomodo mensurari debeant equi cursores ciuium vtinen

Ad tollenda dubitate cu qua te et mensurari mensura ei debeam equi ciuiu Admittendi ad currendu ad palliu huius xcr comunitatis p sp. d. capitaneum et Judices consiliu terre vtini p maiorem partem conuocationis determinatu fuit: Q. dicti equi ciuiu pnrandi coram prelibatis sp. bus dnis capitaneo et Judicibus consiliu mensurari debeam cu vna cordela de filo que non possit ellongari.

Q. sit appellatio facientibus currere equos a jud. d. capitaneo et Judicu consilium

Item cassum et Annullatu fuit vnu ex capitulis factis et formatis p sp. dnos deputatos sup ordinatione cursus dictorum equorum continens Q. facientes currere equos suos teneantur stare Declarationi faciende p sp. D. Capitaneu et Judices Consilij terre vtini sine aliqua appellatione.

In conuocatione sub die. 21. Maij. 1507. Ind. Xma.

Q. functi officio deputati no possint esse astantes donec erunt de conuocatione

Dns Antonius Sauorgnanus dixit Q. inoleuit queda no approbata consuetudo Q. semper sp.les dni Deputati postq. functi sunt eorum magistratu faciunt se elligi in Judices astantes ad tribunal sp. D. capitanei transeuntes de vno offitio ad aliud in damnu aliorum nobiliu Ciuiu huius ciuitatis, et pp(ter)ea ad tollenda ipam consuetudine posuit partem. Q. de cetero nullus ex ipis D. deputatis veteribus donec erut de sp.li conuocatione possit poni et elligi in Judice Astante ad offm prefati

sp. dni capitanei; Que pars p oes de dicta convocatione nemine disentiente capta et approbata fuit

In Convocatione sub die 27 septebris 1507 Ind. xi ma

Ad recordationem factam p s. Nicolau Mondi exponente q revendiculi no obsuant statuta et ordines com ipas factos in no emendo res, que portantur ad vendendu in mercatu huius civitatis, quia Jurati no puniunt ipas com faciétes. p ipam Convocationem determinatu fuit nullo com dicente, q omnes denuntiare possint ipas revendiculas com facientes et adhibeatur eis fides cu duobus testibus. et q nulla psona cuiuscuq conditionis existat possit emere aliquas res venales pro ipis revendiculis, sub pena librar xxv. applicandar hospitali pietatis s. marie de Urbino.

(com Revendiculas emetis ante horas tertiar)

In dicta convocatione quia s. Leonardus Medici procurator cois tam pro interesse suo q reliquor Civium exposuit. q Molendinarij huius civitatis impune furantur farina ipis Civibus. Nam licet vadam ad ponderationem stateris comunis et dephendantur in manifesto crimine p ponderatorem cois Urbini supinde electu, tn dicti Molendinarij quasi nuq vel q rarissime satisfaciut farina p eos subtractam patronis ipius farine, M.s et clar.s D. Locuts posuit partem, q omnes et singli Molendinarij, qui de cettero dephensi fuerint p pub.cu ponderatore farine subtraxisse aliqua quatitate farine ultra debita et convenientem molduram, q teneatur et obligati sint restituere patrono farine Duplum eius quod subtraxerint, et q ponderator farine no pmittat dictos Molendinarios com facientes reccedere a loco ponderationis anq restituat et satisfaciant farina in duplu p eos subtracta. Que pars p omnes de dicta convocat. capta et approbata fuit.

(q Molendinarij furates farina, cadat ad penam dupli q sit furtu factu)

+ generali consilio terrae congregato sub 1507. Indictione X^{ma}
. Januarij 29. sept.

quod observetur capitulum passum contra facientes laborare lanam ... dare mercedes	... Juliano de Montiulio Proposuit ... capitulum ... anno in alio consilio terrae contra facientes laborare de arte lane non observatur in maximum damnum pauperum mulierum filantium lanam, et aliorum laborantium lanam, quia non recipiunt eorum mercedem a facientibus laborare lanam juxta continentiam dicti partis et propterea petit instantiam quod super inde provideatur et habeat exequutionem. Quo Andrea audito et lecta ibidem dicto ... me Joannem Francum filium Camelli ... per maiorem partem dicti ... determinatum fuit quod dicta Pars terrae observetur et commissum fuit Juratis ... ad faciendum observari ipsam Partem
... ad faciendum laborare ...	In dicto consilio terrae ... Fabrignanus ... anno de 1505 die XXVI sept. in convocatione terrae ... que vigore statutorum terrae ... habet ... consilij, determinatum fuerit, quod omnes et singuli ... es sive ramen in plattis ... ad ... alicuius operis sive laborerij ... tales ... es sive rame ... consignare ... dicti terrae ... ramini ... quantitate dicti eris ... solvere de ... pro singulo ... deliberatio ... nihilominus ... consilij terrae ... Proposuit in presenti consilio an dicta deliberatio facta in convocatione super solutione ... eris sive raminis modo superius declarato facienda, Placebat ipsi consilio vel non. qua Propositione ... facta et intellecta per longe maiorem partem dicti consilij determinatum fuit ... juxta determinationem convocationis superius expressa et declaratam solvi debeat ... eris sive raminis ... cum ...
com. molend ... narios.	Demum in dicto consilio ad promulgationem factam ... D. Francisci de Julmerio per dictum consilium ... confirmare et approbata fuit deliberatio facta superiore die in sp. convocatione ... mollendinarios ... ratis ... farinam ... debitam solutionem

sive Molduram

In consilio maiori Civitatis Utini cõgregato
sub 1507. die 17. oc[tobris] Indict[ione] x^ma^

In eodem consilio cum per plures consiliarios conquestum esset q[uod] ligna ab igne quae conducuntur p[er] alveum rugie non sunt debitae et convenientis longitudinis et cum esse deberent longitudinis pedum quatuor non sunt longitudinis pedum trium, et ulterius conductores dictorum lignorum recusant vendere ipa ligna ad minutum pauperibus personis in ratione pedis et dimidij passus in damnum ipsorum pauperum D. Ant[oni]us de Savorgnano ad tollendum huiusmodi inconvenientia posuit partem q[uod] ex cõducentes ligna ab igne per alveum rugie si dicta ligna erunt longitudinis pedum quatuor ex possint vendere ipa ligna in ratione passus pedum sex pro singulo quadro libr. sol[idos] tribus cum dimidia pro singulo passu iux[ta] tenorem partis captae in alio sp[ectabi]li consilio de anno 1503. die ultimo ap[ri]lis, si vero dicta ligna non erunt longitudinis quatuor pedum ex ipa ligna non possint vendi ... in ... libr. trium pro singulo passu. Et ex talia ligna que non sunt longitudinis pedum quatuor non possint vendi et conduci in terra Utini nisi usq[ue] ad principium mensis M[art]ij proxime venturi. Et q[uod] conducentes ipa ligna cum ... debeant vendere de dictis lignis pauperibus personis ad minimum in ratione unius pedis et duorum pedum et dimidij passus p[re]tijs an[te]dictis que pars per maiorem partem dicti consilij capta et confirmata fuit

{Circa ligna que conducuntur p[er] aquam rugie a] ... ab igne et eorum mensuram ... et p[re]c[i]um}

In convocatione congregata sub 1508. Indict[ione] xi^ma^
Die 25. Jan[uarii]

In qua quidem convocatione specialiter congregata pro faciendo quatuor novos Judices astantes ad offitium sp[ectabi]lis domini Cap[itane]i huius terrae Utini p[ro] ordines ... electoris anj[...]is ann[i], crearentur ipi astantes posuit partem tenoris infrascripti. Cioè l'offitio de li Judesi astanti a m[isser] lo cap[itani]o como è a tutti notissimo e de tanta importantia quanto altro offitio de questa Terra per agitarsi in quello tutte le cause Civili de qualunqua summa quantita et valore esser si voglino, et versisano tra li Citadini et

{Q[uod] astantes ... dom[ini] Cap[ita]n[ei] ... et ... triginta ... et ... intelligentes}

Vide ... infrasquenti. 31.

habitatori di essa Terra per tato e, da provveder Et far ellection, a, quello offo de homini che siano de Intelligentia, bona et consientia, et de eta idonea. Ideo landara parte che, a, tale offo non possa esser elletto ne confirmato alcuno ilqual ad minus non sia de etade di anni trenta, que pars p oes. de dta conuocatione capta fuit

In conuocatione congregata sub 1508 Indict. xi^ma^
die 28 septb

Quo solvatur regalia pro pignoribus venditis ad Incantum uitra q sit debitum

In qua conuocatione ad Propositionem sp^lis^ Juris doctoris domini Rizardi de Simebono deliberatum et Terminatum fuit per maiorem partem q si pignus ab quod venderit maiori precio et summa quo debitor tenebitur creditori camerarij Camere Pignorum non possint accipere pro eorum regalia nisi de ea summa in qua debitor erit obligatus creditori et similiter q camerarij pdti non possint soluere ab eodem caballariorum expen pignorum

Circa etatem not. ad cameram pignorum

In dta conuocatione m^cus^ D. Joannes sauorgnanus posuit partem q pars alias capta in conuocatione de anno 1493. die xxv. septembr qua prouiderunt q nullus possit elligi ad officium camere pignorum nisi fuerit etatis annorum viginti quinque, q pars pdta de cetero non habeat locum et sit reuocata quo ad not^m^ si fuerit not.^s^ semel approbatus per collegium not. et admissus ad scribendum acta pre.^ta^ que pars p maiorem partem ipius conuocationis capta fuit

In consilio tergi congregato cora Cl^mo^ D.
locuth sub 1508 Indict. xi^ma^ die ... septb

Quot pecuniis expendiat ... in medicis et magistris scholarum

Nobilis et fam. ... vnus ex ... q hec M^ca^ ciuitas vtini erat debitrix in maxima pecuniarum quantitate pluribus et diuersis personis et precipue suis sallariatis, et hoc non aliunde euenire nisi ex magnis et excessiuis sallarijs constitutis per ipam Ciuitatem pdtis suis sallariatis nam

tribus medicis fisicis datur annuatim de sallario
ducati septingenti . et duobus magistris sive recto-
tibus scolarum ducati ducenti sexaginta quo [illegible]
et evenerit aliqua magna impensa extraordinaria ut
fuit hoc anno solutio militie Galearum facta per ipam
civitatem que excessit mille ducentos quinquaginta
ducatos Ex qua civitas non potest satisfacere . suis
sallariatis nec fabricare [illegible] ad [illegible] civi-
tatis et reparare portas , turrisinos et muros
illius . nec ponere pecunias in fontico bladorum civis
[illegible] quod e iam exhaustum pecunia et frumento
et propterea cum ipa civitas debeat se regere et
gubernare ad exemplum boni et frugi patris familias
in non faciendo maiores sumptus quam sint eius facultates
tes redditus et proventus Posuit partem tenoris in fras-
cripti . Tanti sono li debiti che questa M.ca città se
ritrova , attento le grandissime occurrentie proxime passa-
te . et attento etiam le excessive spese che sono sta
introdutte nel condur de medisi et maistri de scola
che sel non si provede le altre cose necessarie como e
formento et molte altre de necessita bisognara che
manchano in grandissimo damno de tutta la univer-
sita de questa terra . et percho a benefitio universale
andara la parte che compita la ferma dei medisi
et maistri de scola che de cetero el non si possa
condur medisi cum sallario a tutti piu che per fina
alla summa de ducati quattrocento in questo modo v3 .
che sel si conduranno solum do sia in facultà del conseio
ha dar fina alla ditta summa quello piu et manco
a luno che a laltro che piacera al conseio . et
se se conduranno tre a uno sia dato fin alla sum-
ma de ducati dosento et alli altri do cento per uno
a quelli che piacera al conseglio . De maistri de
scola compita etiam la lor ferma de cetero non si
possi spender piu che per fina alla summa de
ducati cento cinquanta in questo modo v3 che sel sara
condutto un solo a quello non si possa dar piu che
per fina alla summa de ducati cento et allaltro

Per fin alla summa de ducati cinquanta da esser dispensato et observato questo ordine per el conseglio ne questo ordine si possa romper ne suspender sel no sara fatto per tutto el rengo (que pars lecta alta voce per me Joannem Franc.m [illegible] ...) ac dictis et disputatis pluribus pro et contra ipsam partem eadem per maiorem partem dicti consilij rengi capta et approbata fuit

In convocatione congregata sub 1509 Indictione XIJ die XV Januarij

Quod nullus civis habere possit duo officia cum sallario uno et eodem tempore

Cum per ser ... de ... nominatus et propositus fuisset ad dictum officium astantium ser Dionisius de coll.to et eidem esset facta oppositio quod idem ser Dionisius est camerarius fabrice ecclesie maioris beate Marie (quod officium habet de sallario libras sol. quadraginta in anno) et quod virtute partis prohibentis quod nullus possit habere uno et eodem tempore duo officia cum sallario non potest creari ad ipsum officium. Et dicente eodem ser ... predictum ser Dionisium habere posse aliud officium cum sallario non obstante quod sit camerarius fabrice ut supra quia non habet sallarium a magnifica civitate ... 53 a fabrica predicta per maiorem partem dicte convocationis determinatum fuit quod ser Dionisius predictus vigore dicte partis non poterat creari et admitti ad dictum officium. Et ita de cetero in futurum observari debeat quod nullus civis uno et eodem tempore habere possit duo officia ordinaria huius magnifice civitatis cum sallario.

In sp.li convocatione civitatis ... sub 1509 Indictione XIJ.ma die octava Junij

Quod nullus civis emat carnes extra artinum

Spectabilis dominus Bartholomeus de benignis doctor unus ex spectabilibus dominis deputatis nomine suo et collegarum exposuit quod haec terra ... quasi de continuo est male fulcita carnibus et hoc nitet (?) certa quia non nulli forenses ... evitando datio quod solverent in

Terra Vtini faciunt macellum et vendunt carnes [illegible] Extra Terram, ad quos accedunt cives et habitatores terre Vtini ad emendum carnes In grave dampnum et Jacturam datij macelli huius civitatis. quia si cives, et habitatores Vtini ad eos non accederent ad emendum carnes, Procul dubio dni becarij forenses essent coacti eorum Animalia et eorum carnes vendere in Terra Vtini cum datij solutione. Ideo Posuit Partem quod Nullus Civis vel habitator Vtini possit aut valeat emere vel emi facere carnes extra Terram Vtini per quinque Milliaria etiam pro usu suo sub pœna amittendi ipsam carnem et solvendi sol. decem pro singula vice, qua fuerit repertus eam portasse in ipsam Terram Vtini. que caro sit Inventa et pœna sit Mci capitanei et Juratorum. que Pars per maiorem Partem capta et approbata fuit et eidem Clarissimus Mcus et Clmus D. locumtenens auctoritatem suam interposuit et Judiciale decretum.

1509 Indict. xij die lune primo octobris Suprascripta Pars publicata fuit ad omnium Notitiam et intelligentiam per S. Ludovicum Tubicinem ad scalas pallatij alta et intelligibili voce premisso sono Tube [illegible] sibi illam me Jo. Franc. fillittino cancellario assistente ibidem magna hominum multitudine.

In convocatione civitatis Vtini sub 1509.
Indict. xii die 15 octobris

Ad querimoniam factam Per Juratos cois Vtini contra revendiguolas, que singulis diebus et horis emunt ea revendendi res diversas portatas ad vendendum In Terram Vtini In damnum civium, et Incolarum ipsius civitatis, Per maiorem partem dicte convocationis Posita et capta fuit Pars Infrascripta videlicet quod dicte revendiguole nullo modo nec aliquo quesito colore Per se vel interpositas personas possint emere vel emi facere aliquas res portatas ad vendendum In terram Vtini in aliquo Parte et loco huius civitatis

Com[illegible] dicta, emies cum revendere

ante horam vesperorum, sub poena perdendi res
per ipsas emptas, et unius marche soldorum quae poena
sit ... et Juratorum ... et quilibet
Civis et habitator huius civitatis possit accusare
dictas revendigulas contrafacientes dictis ...
et Juratis, et talis accusans habere debeat medietatem ...
dicte Pene, et similiter Tali poena puniri debeat
omnes illi, qui inventi fuerint emisse tales res in ...
dictorum revendigularum et de predictis
fieri debeat publica proclamatio in foro novo ad
omnium Notitiam et intelligentiam

Nota quod suprascripta Pars fuit Proclamata in foro Novo
per Ludovicum Tubicinem ... die xx
octobre 1509. Illa sibi dictante me Jo. Franc. ...

In consilio arengi sub 1510 Indictione 13ma
... die penult. septembris

Quod non soluatur datium de bladis habitis in solutum

Item ad ... Factam Per ... D. Antm
Savorgnanum Per maiorem Partem dicti consilii de-
liberatum fuit, quod in Incantu datii quartarum et mensura-
rum Ponatur, quod non soluatur datium de bladis
Exactis et receptis per habitatores et cives ...
Insolutum pro ... et quemadmodum non soluitur de
bladis affictuum et ... etc.

In convocatione civitatis ... sub 1511 Indictione 14
die quarta febr

Circa regimen fabrice et alio ... camerario ... Confirmatio Capitulorum

Nobilis ... Joannes franc. del Torso Camerarius Fabrice
collegiatae ecclesiae maioris sancte Marie Utinensis Pro bono
et utilitate ipsius fabrice dixit se fecisse et Compilasse
nonnulla capitula, que ibidem produxit instans illa legi de-
bere; et, quatenus ipsi spectabili convocationi visum fuerit
expedire, confirmari debere. quibus capitulis ibidem lectis
et relectis. et habita super uno quoque matura considera-
tione, et cum aliqua ex ipsis capitulis per ipsam spectabilem convocatio-
nionem adempta et remota fuissent et quedam illis
addita essent, Tandem per maiorem partem ipsius convocatio-
nis capitula infrascripta confirmata fuerunt. et sunt tenoris
infrascripti videlicet.
Le cose de la Fabrica dl domo mazor sono cusi neglecte

che alla zornata vano de mal in pezo, Jn tanto che ancoi si
perde una rason et doman un altra, et questo o per
poca diligentia de li camerari, qui pro tempore sono, o
per non hauer debita informacion de le rason di essa
fabrica. Il che procede principalmente perche li libri de li
passati camerari da un tempo in qua non si reponeno
Jn logo doue siam facultà de zascadun camerar pos-
serli veder, sel fusse bisogno, scorerli, et instruirse
de le rason de la fabrica, como antiquamente si soleua.
Anci tutti li camerari etiam post redditas rationes se
saluano li soi libri et le memorie de le sue cose
fatte in casa sua, la qual cosa non par conueniente
anci dannosa a essa fabrica, Imperoche da certo
tempo in qua forse un quinto de le intrade di essa
sono smarite et impugnate al pagar, et questo forse
procede perche le cose sinuechia, more li massari,
si mutano li confini insieme cum li patroni soliti ha
pagar. Et siando cosa debita et laudabile a questa
M.ca comunità ha farne sopra de ciò qualche opportuna
prouisio, ancora che sia meglio tardi che mai re-
uerentemente salue tutte le altre prouisio sopra
de zo se ricorda queste altre cum li infrascripti capti et
primo.

Che tutti i libri de li camerari passati de quelli che
hanno le sue rason saldate si habbian ha reduer In la
M.ca comunità et quelli reponer in uno armaro de la
Cancellaria de comun acciò accadendo alli camerari
qui pro tempore si attrouarano possono hauer ricorso
ad essi per informarsi de le rason de la fabrica
et vederli in detta cancellaria, et non si possano
leuar de ditta cancellaria

Item chel si deputi et ellezzi uno sufficiente et special
aduocato ad agitar et defender le cause no
solum de ditta fabrica ma etiam del hospedal de
S. Maria Magdalena, S. lazaro et de li liuelli
del q. S. Franc.o de Nimis ad maritandum orfanas
et tutti li altri logi pij gouernati per questa M.ca
comunità el qual aduocato habbia de sallario allanno
de tti logi pij ducati sei d. 6. pro rata da e[...]

limitati per li sp.li deputati dela Terra segondo le fa cultà et le cause deli logi quali hauera agitade quel anno, etc. che lo cam. Et procurador de ditta Fabrica Et de li altri logi pij cum debito iur.to siano sollicitadori de le cause si haueranno ad agitar apresso dicto aduocato

Item che etc. etiam salvis omnibus alijs provisionibus Tutti li camerari di essa Fabrica, et similiter li camerari et prioli de li supraditti logi pij sotto pena di pdoe il lor salario siano obligati hauer fatti li soi conti de la sua administration per fin alle feste de Nadal prox sequente da poi saranno usciti de la lor cameraria et priorati

Item che per questa M.ca conuocatiō sia elletto un nodaro el qual habbia ha far lo inuentario Et un catastico de Tutti li beni stabili dela ditta Fabrica hospedal de S. Maria Magdalena Et S. Lazaro, Et liuelli de ... etc. la renouation de confini per iur.to de coloro che pagano li liuelli Et posse de li beni ... Et con Tutte le altre cose Et solennità che recercano in similibus Et che Tutti beni stabili debbia far un libro autentico Et darne una copia autentica alla M.ca com.ta laqual se debbia seruar In la cancell.a di essa com.ta per lo sal.o Et ... li sarà Taxado et limitado per questa spectabil conuocation et ibidem etc.

In conuocatione sub anno Dni. 1512. Ind. xv.
Die quartodecimo mensis octobris.

Quod nullus possit elligi canc.s com.tatis qui non per annos decem in Terrino steterit

Cum ventum esset ad elleccionem unius Cancellarij et Scribe huius Mag.ce Communitatis utini in locum Joannis de Monticulis abeuntis a patria, sicut Nicolai Taurini electi Cancellarij tempore hec patria et ciuitas erat sub germanorum dominio, Clar. dns Locumtenens antescriptus Dixit quod cum veteres et antiqui ciues qui per longa tempora cum maioribus et progenitoribus suis per varios casus et rerum vicissitudines sustinuerint pondus diei et aestus, In honoribus Dignitatibus et utilitatibus pub.cis ciuitatis nullo pacto preferri et anteponi debeant ceteris ... alijs nouis incolis ciuibus et habitatoribus eiusdem ciuitatis, Idcirco posuit partem quod nunc et de cetero ... non possit elligi et assumi nec fieri aliquis ciuis huius ciuitatis in cancellarium et scribam eiusdem Com.tatis nisi prius steterit per annos decem continuos cum familia sua etc.

foco in ipa terra Utini. Que pars per omnes ballottas capta et confirmata fuit.

Postremo in eadem convocatione M. et clar. eques D. Andreas Trivisanus L.[s] et provisor generalis in patria dig.[s] posuit partem quod D.ni Iudices consilii huius civitatis in p.ma convocatione creati ad quos spectat dare et consignare iustificationes ponderum et mensurarum venire debeant ad primam requisitionem clar.mi D.ni Locumtenentis et sp.lium D.norum Deputatorum ad dandum et consignandum iustificationes predictas personis quibus eis melius videbitur. Que pars per maiorem numerum ballottarum capta fuit.

Circa offa[?] danda per iudices com.

In convocatione sub die quarto Novembris 1512 ind. XV.

Clar.[s] D.nus Locumt.[s] posuit partem tenoris infrascripti. Ut Camerarii cois Utini existentes et administrantes redditus et proventus huius mag.[ce] communitatis bene legaliter et fideliter et securo exigant, custodiant, gubernent et expendant pecunias ipsius communitatis, prout tenentur et obligati sunt, quod omnes et singuli camerarii cois Utini tam presentes quam futuri pro tempore faciendi et existentes teneantur et obligati sint dare et prestare idoneam et sufficientem fideiussionem sp.bus D.nis Deputatis terre Utini de ducatis quingentis, sub pena privationis eorum offitii. Que pars per totum numerum ballottarum capta et confirmata fuit.

Quod camerarii cois prestent fideiussionem

In convocatione sub die 25 Febr. 1513 ind. prima,

Insurgens no.lis vir Ioan.[s] de Gaona unus ex septem D. Deputatis ad regimen dixit a quodam tempore citra inductam fuisse quandam non laudabilem consuetudinem videlicet quod interdum aliquis Deputatus sive proficisci volens extra civitatem sive alias egrotus loco sui sufficit quem vult civem et non iuratum qui loco sui sedet ad banchum sp. d.norum Deputatorum et ea auctoritate qua ceteri Deputati iuridice creati sunt, contra omnem equitatem, et contra quandam aliam partem captam in M.co cons.o huius civitatis sub regimine q. M.ci D. Hieronimi Contareni tunc locumt. patrie, quam ibidem exhibuit et ostendit ut talis consuetudo non equa tollatur posuit partem tenoris infrascripti

De immo surrogandi[?] per

Per ovviar ali inconvenienti per li quali assai volte sono subrogati Deputati dela terra non iuratis quandis, adzio sinceramente et cum ordine se procedi inherendo ad una parte alias presa nel M.co cons.o de Udene adi 13 novembrio 1485 l'andara parte che de cetero, quando per absentia o per infirmita manca al offitio alcuno Deputato, in caso che l'ditto devias esser ad pieno chi sia eletto per ditto offitio non dala convocation et non altri qual parera ala mazor parte abundantia[?] de ballotte et altramente elletto o surogato sia de nisun valor et momento

Que quidem pars per maiorem numerum ballottarum capta [illegible]

In consilio ordinario anno 1513 ind. prima.

Cap.a [illegible] circa requisitionem Consilij Comunitatis Utini

IN Christi nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem Domini Millesimo quingentesimo tertiodecimo, ind. prima. Die Dominico vigesimo quarto mensis aprilis. Actum Utini in Caminino pallacij comunis in pleno consilio terre Utini congregato ad sonum campane coram Mag.co et clarissimo Equite Dno Andrea trivisano pro ser.mo et Excel.mo Du. Do. nostro venetiarum et c. patrie fori Iulij locatenente dig.mo et provisore generali. In quo quidem consilio interfuerunt sp.les Ho.les et prudentes viri Consiliarij infrascripti videlicet Mag.us Dns Ioannes fran.s Diedo tesaurarius patrie, Dns Antonius rali vicarius pro lib-ati clar.mi Dni Locumtenentis, Dns Nicolaus guliola Doctor surrogatus loco dni Iacobi florij absentis, Dns Ioannes fran.s Soroglo-vacca doctor, S. Ant.s de brazacho, S. hyeronimus de tricidis, S. Daniel de andriottis, et M.r Nicolaus del neno, hij sex hon. Deputati, Dns Nicolaus Ioannes de casalibus curthonir doc. Dns Bernar-dinus berthola doctor, Dns Odoricus a menulis doc. Dns Andreas de belgrado doc. D. Rodulphus a mosis doc. Dns Leo.s Guberti phisicus Dns Gregorius et d. hyer.s a masei fres doc. D. henricus de valatinis doc. D. hyeronimus Santoninus doc. D. Bertran.s de hectoris doc. Dns Bethous de Mamaco doc. D. vincentius de nonestis doc. S. Andreas de Monticulis, S. Martinus de valantinis, S. Iacobus de Cavalcatibus, S. Curbellus de curbellis, S. Sebastianus de Montega-naco, S. Ioannes bap.ta de candidis, S. fran.s Colombattus, S. Panta-leonus de Savorgnano, S. Ant.s de maninis, S. Nic.s de maninis S. octavianus de maninis, S. petrus de narcolomanis S. Ioannes de fuscen, S. Andreas de brazacho, S. Nicolaus sormigi, S. Iacobus de maninis, S. Ioseph de Sus.a, S. angelus de hominebono, S. Io.s de raijmirottis, S. Ioseph de strasoldo, S. hyer.s de partistagno S. octavianus de narco.lis S. franc.s de mamaco not.s S. Bnard.s de quadrinio, S. Bartholomeus mastinus not.s, S. hyeronimus raij-mund, S. paulus de torso, S. hyeronimus de gratia, S. hyer.s de sophia, S. Nic.s de toppo, S. Ruoccitus de latisana not.s S. Nicolaus a cornacco not.s S. Gabriel de gaona, S. Guarientus de [illegible], S. Iac.s calapici not.s S. Andreas de masis, S. [illegible] not.s S. bap.ta rovori, S. Ioannes mousi, S. federicus de Savorg.no S. Andreas [illegible] not.s S. fran.s de torso S. Nicolaus taurianus S. hyer.s de pictoribus.

S. Joannes Guberti, S. Radus comestabilis porte Cassignaci, S. Zuaninus pauliti, S. Jacobus eius frater, S. Bertrandus Miliano, Jacobus driussij, S. Valantinus rouori, Leo. paulini, Daniel togliano Candidus Custo, S. Jacobus aurauna, S. petrus de Melsijs et S. herasmus de herasmis hij duo procuratores Cois Utini, et alij consiliarij ad numerum centum tres, facientes et repres-entantes totum consilium et universitatem Ciuitatis Utini.

In quo consilio Clar.s Dns Locumtenens antedictus ellegante sermone ac melliflua oratione Dixit Quod sicut toto tempore Magistratus sui ob singularem suum amorem et ardentem affectionem quam in erga hanc fidelissimam Ciuitatem et comunitatem Utini usus fuit omni studio sollicitudine vigilantia et diligentia ad omnia et singula concernentia decus utilitatem et ornamentum ipsius Ciuitatis et precipue ad illa que spectant et pertinent ad bonam et rectam gubernationem Illius, Nunc maxime in fine foelicis regiminis et Magistratus eiusdem bonam mentem ac bonum animum et voluntatem suam ad utilia ipsius Ciuitatis et communitatis ostendere nixus est, participato namque consilio et opinione sua cum sp.bus Dnis Deputatis ac cum pluribus aliis egregijs Ciuibus huius Ciuitatis circa Reformationem et correctionem statutorum et Capitulorum editorum et formatorum super bona Guvernatione ipsius Ciuitatis, et specialiter ac potissimum circa ellectionem Dnorum septem Deputatorum et tum de Additione sive de Zonta de cettero et infuturum facienda, habito superinde maturo consilio ac bona consideratione statuta et capta predicta ad laudem et gloriam omnipotentis Dei eiusque gloriose matris virginis benedicte, ac S.mi Du. Do. nostri venetiarum, et ad bonam gubernationem huius Ciuitatis per prelibatum Mag.cum Dnum Locumtenentem ac sp. Dnos Deputatos ac alios Ciues ad hec vocatos, de comuni omnium consensu et voluntate facta et reformata fuerunt et eisdem additum ut in ipsis captis et statutis seriatim et diffusius continetur, Et propterea prelibatus Clar.s Dns Locumtenens quadam plena charitate et immenso amore omnes de dicto cons.o [illegible] hortatus est ut Depositis et semotis odijs rancoribus ac inimicicijs et passionibus quibuscunque velint se mutuo et fraterno amore complecti, et sic unionem tueri et fouere ac ad comunem et universalem bonum huius Ciuitatis unanimiter et concorditer conspirare et statuta ac capta predicta.

Que ad universale bonum decus et ornamentum ipsius civitatis facta et reformata sunt et que in presenti consilio ad omnium noticiam et intelligentiam legentur et publicabuntur per omnia suffragia confirmare et approbare velint. Deinde sp[ectabi]lis legum doc[tor] d[omi]nus Nicolaus qui hodie unus ex antescriptis dominis deputatis surrogatus ut supra de mandato prelibati clar[issi]mi d[omi]ni locumtenentis et cum voluntate aliorum dominorum deputatorum statuta et capitula predicta vulgari ex alto et intelligibili sermone sigillatim legit et publicavit. Et tenoris infrascripti. Que quidem statuta et capitula ad bussulos et ballottas facta fuit diversa ballottatione de eisdem statutis et capitulis per duas balliottationes per nonaginta octo suffragia et contra quinque, et per tertiam ballottationem per nonaginta novem suffragia et contra quatuor tanquam justa et honesta per ipsum consilium confirmata et approbata fuerunt.

Tenor statutorum et capitulorum ut supra confirmatorum talis est v[idelicet]

P°. Quod omnes illi qui de cetero creabuntur de consilio Mag[nifi]ce Communitatis [illegible] debeant esse veri cives et continui habitatores cum sua familia predicte civitatis [illegible] per annos ad minus quinque, qui faciant omnes impositiones et subeant onera dicte civitatis [illegible] nobiles sive sint populares et quilibet eorum etate annorum ad minus viginti eligantur secundum antiquissimas consuetudines per consilium dicte civitatis ad bussolos et ballottas modo infrascripto ex quibus remaneant consiliarii ex numero civium ad summam centum et quinquaginta et popularium ad numerum octuaginta, ita quod totum ipsum consilium residere in presentiis tam civium quam popularium ad numerum ducentorum triginta, quod tamen consilium congregari aut convocari nequeat sine licentia et interventu Mag[nifi]ci et cl[arissi]mi d[omi]ni locumtenentis pro tempore existentis [illegible]

2°. Declarantes quod in numero popularium computentur duo deputati populares videlicet unus novus et unus vetus, sicut omnes illi qui erant descripti et reperiuntur vivere in consilio veteri. Et quod omnes consiliarii veteres et novi describantur et remaneant descripti in libro Mag[nifi]ce Communitatis [illegible] conditionis sue, et quod omnes illi qui erant ante [illegible] in consilio et reperiuntur vivi ut supra remaneant in ipso loco de consilio [illegible] novi consiliarii usque ad numerum supradictum 150 civium [illegible] popularium 80 modo et forma [illegible] infra.

3. Q subrogandi loco consiliariorum demortuorum et et extrahendorum de numero
ciuium et popularium imbussulentur ad numerum triginta ciuium et arti-
fices triginta et extrahantur per mag. D. locutenentem et eo ordine quo fue-
rint extracti eo ordine ballottentur in cons.º et si reportauerint dimid-
iam suffragiorum remaneant pro consiliariis illius anni loco defunctorum cons-
iliariorum, et extractorum ut supra usque ad numerum perfectum, et imbussulentur
plus et minus secundum capita defficientium.

4. Q ex numero ciuium electorum in consiliarios quolibet anno extrah-
antur ciues triginta computatis mortuis aut aliis ex numero ciuium
defficientibus et pariformiter quindecim ex popularibus, qui tamen
omnes tam ciues quam populares sint etatis annorum triginta et infra,
imbussulandi et per sortem extrahendi ex bussolo per mag.cum Dominum Locutenentem
et loco extractorum suffragentur alii totidem respectiue tam ex nu-
ciuium quam popularium, ita tamen quod nec ciues nec populares excedant
in nominando numerum statutum ciuium et popularium ut supra, hoc ordine
quod eatur ad capitulum, et extrahentes ballottas aureas possint nominare
secrete tamen penes cancellarium communitatis quem voluerint in consiliarium
tam ciuem quam popularem, et e conuerso, et nominati et suffragandi ut
supra loco demortuorum et defficientium utriusque ordinis eo ordine ballottentur
in consilio quo fuerint extracti et si reportauerint dimidiam suffrag-
iorum cons.i remaneant pro consiliariis illius anni usque ad numerum
supradictum.

5. Q omnes et singule determinationes dicti consilii ordinarii fieri
debeant ad bussulos et ballottas et non aliter, adeo quod quicquid factum
esset per talem consilium aut aliquam aliam publicam congregationem mag.ce
communitatis Utini quod non excesserit saltem dimidiam partem inter-
uenientium in dicto consilio et congregatione sit ipso iure nullius
roboris et momenti, et habeatur pro non acsi numquam facta fuisset.

6. Q de cetero non intelligatur esse integrum et perfectum nisi in eo interuenerint
et reducti fuerint ad minus centum consiliarii iuxta partem alias factam
in arengo, et quicquid determinatum fuit per consilium minoris numeri
sit nullius roboris et momenti.

7. Q de numero ciuium utinensium tam nobilium quam popularium nullus
de cetero possit creari nec poni ordinarius aut extraordinarius
de predicto consilio nisi ante habitauerit loco et foco in dicta ciuitate
Utini tamquam vicinus cum tota familia sua saltem per annos quinque
nisi aliter fuerit secum per statum cons.m dispensatum, dando semper idoneam
fideiussionem standi et habitandi in ipsa ciuitate et soluendi onera
ad minus de ducatis quinquaginta si fuerint ciues aut nobiles
et populares de ducatis viginti quinque.

Cetero ... congregationis ... et unionis huius ciuitatis utinensis
... prouisor suprascriptus proposuit quod circa electi-
onem ... deputatorum ... ciuitatis et illorum dela zonta conuocationis
dicte terre ... infrascriptus ...

8 Quum solitum congregetur Consilium huius civitatis et aliquot quot in eo intervenerint et affuerint consiliarii totidem eiusdem qualitatis et magnitudinis imponantur ballotte argentee in uno capello inter quas imponantur etiam ballotte triginta et sex auree quarum sex sint signate lr̃a D. decem et octo littera C. duodecim vero cum littera P. ita quod in totum tot sint ballotte auree et argentee quot affuerint consiliarii computatis Mag.^co Dño Locumtenente et Dñis Deputatis, et quod imprimis Mag.^s Dñs Locumten.^s et septem Dñi Deputati per ordinem extrahant de capello unam ballottam et deinde ceteri per ordinem eant ad capellum, et quibus obvenerit ballotta argentea non signata non habeant facultatem nominandi aliquem. Illi vero quibus per sortem contigerit habere ballottam auream signatam littera D. possint et valeant nominare in Deputatum unum Doctorem quem voluerint, et quibus obtigerit ballotta aurea signata littera C. nominare possint etiam unum civem quem voluerint collegii. Et quibus obtigerit extrahere ballottas aureas signatas littera P. si ultra p. litteram aurea ballotta habeant desuper crucem possint nominare in deputatum unum popularem habitantem in burgis huius terre, illi vero quibus contigerit lr̃a P. sine cruce possint nominare unum ex popularibus de corpore civitatis in Deputatum, nominatio autem huiusmodi et etiam illorum de la Zonta fiat secreta penes cancellarios ut s.

Et primo loco ballottentur sex doctores nominati, et duo ex eis qui reportaverint plura suffragia in dicto Consilio dum tamen excedant dimidium remaneant pro his sex mensibus Deputati, postea vero ballottentur successivo ordine decem et octo cives et quatuor ex eis qui habuerint plura suffragia et excesserint dimidium consilii remaneant pro Deputatis ut supra.

Deinceps ballottentur illi sex populares nominati ut sup. et ille qui reportaverit plura suffragia excedentia dimidium consilii ut sup. remaneat pro Deputato illius anni sive sit de corpore civitatis sive de burgis.

9 Declarando quod per neminem de supscriptis nec infrascriptis nominari possit persona aliqua non sit de corpore Consilii civitatis nostre.

10 Et pariformiter ponantur illius [illegible] ballotte ultra p̃satum totum numerum ballotandi signate littera [illegible] quibus obvenerint p̃sate ballotte nominare possint tot aliis cives sive additamenta convocationis, et ballottari debeant ut supra et qui reportaverint.

erint plura suffragia excedētia tam dimidia parte consiliariorum
remaneant pro illis dla zonta:
11. Ceterum pro. condimēto omnium suspitionum, et ut evitetur omnis fraus
et suspitio omnes nominādi ut supra in Deputatos et in illos de addi-
tamēto suo zonta describantur per Cancellarium in bolletinis
et postea imponantur in capellum omnes comixti, et ex eo
extrahantur per mag.cum dnum locūtenentem per sortē, et eo ordine
quo fuerint extracti eo ordine et modo ballottentur.
12. Quod de cettero in singula muta Dominorum Deputatorum creari
debeant duo doctores huius civitatis consiliarii ut supra.

In conuocatione sub die 16 iunii 1513 ind. prima propositum fuit ut infrascriptum

Et continuando statutum beccariorum surgens no.lis ser Joannes de Freschis dixit quod becharii huius ciuitatis nedum diis aut ter fraudes commit tunt in venditione et pondere carnium in die, verum interdum etiam et plus, negligentes penam a iuratis exigendam cum quibus colludere possunt ad maximum damnum ciuium et popularium huius ciuitatis. Ea propter posuit partem infrascripti tenoris

com. beccarios fraudantes ter in die

Quod saluis aliis penis legibus et statutis circa hanc materiam loquentibus ammodo et in posterum cautum sit quod si quis beccarius aut beccarii famulus in hac ciuitate dephensus fuerit ter in die in pondere aut maiori quam deceat venditione carnium fraude comittere in aliquem seu aliquos, quod talis beccarius debeat illico ad iuratorum instantiam carceribus publicis trudi, ibidemque permanere spatium dierum quindecim, et plus et minus ad arbitrium mag.ci et clar.mi dni locumtenentis pro tempore existentis.

Que quidem pars ad bussulos et ballottas nemine discrepante capta et approbata fuit.

